264

RENALDI CHANDONII PAMIENSIS, IVRIS VTRIVSQVE DOctoris, reſponſum, quo planum fit, non eſſe amplius dubitandum quin mortuo Romano pontifice adhuc omnino duret poteſtas Legati Franciæ, etiam quo ad facultates ſpecialiter cōceſſas vltra principale legationis officium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EM. II

PARISIIS
Apud Ioannem Paruum ſub Lilio aureo in via ad diuum Iacobum.
1 5 3 4.

Cum priuilegio.

Extraict des Regiſtres de Parlement.

VEue par la chambre ordonnee au tẽps devacations la requeſte a elle baillee par Iehan Petit libraire iure en luniuerſite de Paris, par la quelle il requeroit permiſſion luy eſtre faicte par ladicte Chambre dimprimer ou faire imprimer vng petit liure intitule Renaldi Chãdonii Pamienſis iuris vtriuſq; doctoris reſponſum, quo planum fit, non eſſe amplius dubitandum quin mortuo Romano pontifice adhuc omnino duret poteſtas legati Franciæ, etiam quo ad facultates ſpecialiter conceſſas vltra principale legationis officium. Et defenſes eſtre faictes a tous Imprimeurs & Libraires de imprimer ou faire imprimer ledict liure & nen vẽdre dautres ſinõ ceulx que ledict Petit feroit imprimer, iuſques a deux ans prochainement venans, dedans lequel temps ledict Petit ſe pourra rembourſer des fraiz qui luy a conuenu faire en ladicte impreſſion. Et tout conſidere, la dicte Chambre a permis & permet au dict Iehan Petit imprimer ou faire imprimer, & vendre ledict liure. Et a defendu & defend a tous Libraires & Imprimeurs & autres quil appartiendra, de non imprimer ledict liure, ne icelluy expoſer en vente iuſques a deux ans prochainemẽt venantz ſur peine de confiſcation deſdictz liures, & damẽde arbitraire. Faict en ladicte Chambre le dixhuitieſme iour de Septẽbre lan mil cinq cens trentequatre.

¶Collation eſt faicte.

Maton.

QVum triſtiſſimus nuper in Gal-
lia rumor increbruiſſet de ſum
mi pôtificis graui periculoſó-
que morbo, dupliciter affectos
homines videbã. Partim enim
tam ſancto tamq; religioſo cõ
muni velut omnium parente priuari ſe, vel po-
tius orbem terrarum vniuerſum dolebant, par-
tim dolor eos proprius cõmouebat, quòd per-
ſuaſum haberent legationis finẽ magna ex par-
te illius morte futurum. Nec ſanè quidẽ iniu-
ria. Nam cum multa priuatim magnaq; ſint ex
Legatione commoda, quanta quiſq; intelligit,
tum eam quoq; exiſtimo publice ad regni de-
cus & auctoritatem vehementer pertinere. Iam
iſtum pauci metum occultare poterant, quin
& in circulis paſſim & in conuiuijs & alijs ſæpe
locis declararent. Quorum magis certe metu-
entium quàm inuidentium voces cum ſæpe
meis auribus accidiſſent, aut diſſimulabam in-
uitus, aut leuiter interdum reprimebam. Sic e-
nim ſentiebam, mortem pontificis magnum
per ſe incommodum allaturam, attamẽ Lega-

tum ea re iuris ſui nihil aut poteſtatis amiſſu-
rum. Habebam multas fortiſſimas, mea ſenten
tia, rationes, quas iam tum mehercle, niſi triſti-
tia temporum obſtitiſſet, edidiſſem. Nunc ve-
ro exhilaratis omnium animis propter certiſ-
ſimum bonæ valetudinis eius nūcium, non pa-
tiar diutius in tanto errore verſari tot homi-
nes, vt ſi pòſt caſus aliquis (quod Deus omen
auertat) ſimilis vnquā acciderit, admota qua-
ſi luce veritatis, res aliquanto ſit facilior. Ecce
tibi in vtranq; partem argumenta, vt ex con-
tentione melius quid in hac quæſtione verum
ſit, iudicare poſſis.

DVplicem eſſe Legati poteſtatē dixit Ro-
manus pontifex in c. quod trāſlationem.
de offi. Lega. vnam quæ competit ex ipſo le-
gationis officio, alteram vero quæ cōpetit ex
ſpeciali conceſſione. De priore nunquam a iu-
ris interpretibus fuit dubitatum, an ſit ordina-
ria, necne. Omnes enim eſſe ordinariam vno
ore fatentur, & ideo morte ſummi pōtificis nō
expirare, per. c. ij. de offic. Legat. in vj. quod
(etiam ſi illud. c. nunquā fuiſſet editum) verū

eſſe apparebit ex his quæ infra dicentur in de-
ſcriptione iuriſdictionis ordinariæ. De faculta-
tibus vero ſpecialiter conceſſis maxime fuit du
bitatum hoc tempore. Qui articulus quia nũ-
quam fuit diſcuſſus, ad diſputationem acceda-
mus. Et pro opinione illorum qui tenent quod
facultates ſpecialiter conceſſæ expirent, adduco
ſequentia.

¶Primo.c.hi qui.de præbẽ.in.vj.vbi receptus
in canonicum ad mandatum Legati, cui ſpe-
cialiter hoc fuerat a Romano pontifice com-
miſſum, dicitur receptus auctoritate papæ, &
non auctoritate Legati. Ex quo patet quod Le
gatus in poteſtate ſibi ſpecialiter commiſſa eſt
delegatus. Nam ſi in ea fuiſſet ordinarius, rece-
ptus ad mãdatum illius, diceretur receptus au-
ctoritate Legati, & non auctoritate papæ. Or-
dinarius enim agit iure proprio, & reſidente in
ſua perſona, & non auctoritate committentis.
l.more.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.j.§.qui mandatã.
ff.de offi.eius cui manda. eſt iuriſdi.

¶Secundo, quia facultates Legati Frãciæ ſunt
extraordinariæ. patet, quia illud dicitur extra-

ordinariũ , quod alicuius vtilitatis cauſa factũ eſt præter cõmunem vſum.l.ij.§.& hæc omnia. ibi,ſed extra ordinẽ vtilitatis cauſa.ff.de ori.iu. &.l.in cauſæ.ij.in prin.ff.de minor.ſed faculta-tes Legati Franciæ fuerunt conſtitutæ alicuius vtilitatis cauſa prȩter communem vſum,vt pa-tet ex literis creationis illuſtrium virorum Ge-orgij de Ambaſia,de Boyſi,& Antonij a prato, & patet etiam ex principio cuiuſcunq; facul-tatis.ergo ſunt extraordinariæ,& ſic non poſ-ſunt dici ordinariæ,quia album non poteſt di-ci nigrum. Si non ſunt ordinariæ,ergo expirãt morte mãdãtis.l.& quia principaliter.ff.de iu-riſdi.om.iudi.c.ij.de offi.lega.in.vj.

¶Tertio,quia quãuis facultates cuiuſcũq; Le-gati ſui natura eſſent ordinariæ,tamen faculta-tes Legati Frãcię videt́ quod ſint delegatæ ſpe-ciali quadam ratione. Nam certum eſt quod quotienſcunq; cõmittitur alicui officiũ quod-dam,& in commiſſione dicitur quod faciat au-ctoritate committẽtis,vt puta quia dicitur,faci-as auctoritate noſtra,vel auctoritate Apoſtoli-ca:tũc ſine dubio ille cui ſic cõmittitur, dicitur

delegatus:quia quicquid operatur, facit aucto-
ritate cõmittẽtis.c.cũ aliquibus.de reſcr.in.vj.
cle.quia cõtingit.de relig.domi.Si facit aucto-
ritate cõmittẽtis, & nõ propria, ergo eſt delega
tus.l.ſolet.& §. qui mandatã. præalleg.& ita in
proprijs terminis tenet Abb.in.c.relatũ.de offi.
deleg.& Bar.in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ord.
facien.& in.l.more.ff.de iuriſd.om.iudi.ſed ſic
eſt quod quãdocũq; Legatus Frãciæ vtitur ſuis
facultatibus, ſemper in literis dicit ſe facere
auctoritate Apoſtolica, ergo eſt delegatus.

¶ Quarto poteſt adduci textus, quãuis ab om-
nibus pro parte Legati adducatur, in.c.ij.de of
fi.lega.in.vj.vbi patet quod ad hoc vt Legatus
dicatur ordinarius, oportet illũ eſſe miſſum ad
aliquã prouinciã quę ſit de terris eccleſiæ etiam
quo ad tẽporalia, & quæ cõſueuerit gubernari
a Legato, vt ſũt Marchia, Romãdiola, Auenio,
& multæ alię quę ſubſunt eccleſiæ.& quod hoc
velit ille tex.probatur.nã vult Legatũ eſſe ordi-
nariũ ea ratione, quia æquiparetur proconſuli.
ſed procõſul mittebatur ad prouinciã ſubditã
populo Rom.& ſic habebat iuriſdictionẽ tem-

poralē,vt patet per totū titu.ff.de offi.procon. item mittebatur ad prouinciā proconſularē.i. quæ cōſueuerat gubernari a procōſule,vt not. in.l.j.ff.de offi.prę̨ſi.ideo ſimilē illi oportet eſſe Legatum,vt ſit ordinarius,id eſt,oportet illū eſſe miſſum ad aliquam prouinciam ſubiectam eccleſiæ quo ad temporalia.quo caſu nō eſt mirum ſi non expiret illius officium morte papæ committentis:quia eſt quodammodo annexum territorio:quod ex eo cōijcitur,quia deficiente tali magiſtratu,illa prouincia nō poſſet bene regi.merito donec ſuffectus ei detur,non expirat eius officium,ſicut nec Proconſulis .l. meminiſſe.ff.de offi.procon. Quādo vero Legatus eſt miſſus ad prouinciam quæ non cōſueuit habere legatum,vt eſt Francia,Hiſpania,& ſimiles,tunc non poteſt dici talem Legatum æquiparari Proconſuli,cum non habeat iuriſdictionem temporalem,ſicut Proconſul,& cum non ſit miſſus ad prouinciam quæ conſueuerit habere Legatum:& ideo videtur quod legatus Franciæ nō ſit ordinarius quod attinet ad principale officium legationis,argumēto ſumpto

a ratione ceſſante,& a cõtrario ſenſu illius.c.ij.
de offi.lega.in.vj.iũc.c.cum ceſſante.de appel.
& iunc.l.j.§. huius rei.ff.de offi.eius cui mãda.
Igitur corruit legationis officiũ in ſua ſubſtan-
tia morte ſummi pontificis:ergo multo magis
corruunt facultates ſpecialiter conceſſæ,cũ ſint
quid acceſſoriũ. authen.multo magis.C.de ſa-
croſanc .eccle.c.acceſſorium.de reg.iu.in.vj.
¶ Quinto,quia iuriſdictio Legati videtur ꝙ
ſit iuriſdictio vicaria,vt tenet glo.in verbo vi-
carij.in.c.ſua.de offi.vica.dum faciẽs exceptio-
nem ad regulam quam ante fecerat de vicario
allegat.c.quod tranſlationẽ.de offi.lega.quod
loquiť in Legato.Exceptio eñ debet eſſe de re-
gula.l.nã quod liquidæ.§.fi.de pe.leg.ſed iuriſ-
dictio vicaria quantũcũq; ſit ordinaria ſecundũ
Innocen.& Card.in ca.ſua.de offi.vica. tamen
expirat mortuo eo qui vicarium dedit. Hoſti.
in ca.quoniam Abbas.de offi.deleg.qui dicit
ita obſeruari de conſuetudine.& Card.in dicto
c.ſua.& videtur probari ex ca.illa.in fi.ne ſede
vacan.iuncto.c.fi.de off. vica.in.vj.ergo idem
videtur in poteſtatẽ Legati:cum,vt ſupra dictũ

eſt,ſit vicaria,vt expiret non ſolum in facultatibus acceſſorijs,ſed etiam in tota poteſtate quæ competit ex ipſo legationis officio.

¶ Sexto,quia ſi epiſcopus qui creauit vicariũ, det illi facultatem conferendi beneficia,ſi vicarius poſtea conferat aliquod beneficium, & appelletur a tali collatione,appellabitur ad epiſcopum.ſecundũ Rotam in deciſione.ccclxxj. in nouis,in titu.de offi.vica.ergo videtur quod vicarius in illa facultate non ſit ordinarius,quia non appellaretur ad epiſcopũ,ſed ad metropolitanũ.c.ij.de conſue.in.vj.cap.Romana.de appel.in.vj.ergo idem videtur in Legato,vt in facultatibus ſibi ſpecialiter conceſſis nõ ſit ordinarius.

¶ Septimo ſuadetur, quia facultates Legati ſunt quoddam priuilegium:vt apparet ex diffinitione priuilegij in.c.priuilegium.iij.diſtin. & in.c.j.de conceſ.præb.in.vj.ergo facile corruũt.l.eius militis.§.ſi militia miſſus.ff.de mili. teſta.§.quia vero veriſimile.in auth.de non alie. aut permu.

¶ Octauo,quia facultates Legati ſunt odioſæ.

nam exercēt materiā odioſam, ſcilicet diſpēſa-
tionū. ergo videtur facultates illas facile debere perire, argumento cap. odia. de reg. iu. in. vj. & l. cum quidam. ff. de lib. & poſth.

¶ Nono facit regula illa communis quæ habet morte mandantis expirare mandatum. de qua in. l. inter cauſas. in prin. ff. mand. & l. & quia principaliter. pręalleg. quæ regula decepit multos in hac materia.

¶ Decimo, quia ſi facultates non expirēt morte ſummi pontificis, imò & ſi non expiret totum Legati officium, viderentur quodammodo manus Papæ ſucceſſoris ligatæ: quod eſſe non debet. c. innotuit. de elect.

¶ His tamen non obſtantibus, contrariū videtur verius. Ad cuius probationem eſt præſupponendum, quod iuriſdictio ordinaria nunquam expirat morte concedentis, etiam ſi cōcedens moriatur re integra. Caſus eſt in. l. & quia principaliter. ff. de iuriſdict. om. iudi. & in capit. ij. de offi. leg. in. vj. præterquam in vicaria: vt infra dicetur. Et iſta concluſio, quantum exiſtimo, nunquā habuit contradictorē, quia

vltra textus præallegatos ratio quæ ſumitur ex dictis Abb.in.c.relatum.de offi.deleg.iūctis dictis Card.& Ab.in.c.quoniā Abbas.illo titu.eſt fortiſſima, videlicet quia per cōceſſionem ordinariæ iuriſdictionis fit gratia illi cui cōceditur: quod patet, quia ordinarius habet iuriſdictionē iure proprio in perſona ſua reſidentem, vt probatur in.l.more.iuncta declaratione Bart.ff.de iuriſd.om.iudi.Itē patet, quia eo ipſo quod quis eſt ordinarius, habet dignitatem, vt notatur in cle.ij.de reſcrip.Gratia vero cōceſſa ſtatim cum facta eſt, efficitur perpetua, & non expirat, licet concedēs moriatur re integra.c.ſi ſuper.de offi.deleg.in.vj.c.ſi cui. de prębē.in.vj.Ad validitatē enim priuilegij ſufficit quod perueniat ad notitiam priuilegiati.c.j.de cōceſ.præb.in.vj.& in .l. abſenti .ff. de donati. Præterea iuriſdictio ordinaria radicatur in perſonam illius cui conceditur, vt ſtatim diximus probari in .l. more. iuncta declaratione Bart. Vnde ſtatim per conceſſionem & notitiam adhæret oſſibus illius: & ideo per mortem concedentis non expirat: quia id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad

alium transferri non poteſt.l. id quod noſtrũ. ff.de reg.iu. Quod autem Legatus quantũ ad facultates ſpecialiter ſibi cõceſſas ſit ordinarius, probatur.

¶Primo, quia quotienſcunq; aliquis habet offi cium quoddam cum iuriſdictione ordinaria, & cõmittitur illi ſpecialiter a principe ſine verbo delego aliquod negotium quod non veniebat ex natura ſui officij, tunc ſi tale negotium eſt vniuerſale, facultas illius negotij exercendi eſt ordinaria ſecundum Bart.in l.ambitioſa.ff. de decre.ab ord.facien.& in l.more.ff. de iuriſdictione om. iudic.& melius quàm alibi in. q. quam diſputauit, quæ incipit, Adunantia communis. Negotium autem vniuerſale ſecũdum Bart.ibi dicitur illud quod continet in ſe plura expedienda, etiã ſi ſint eiuſdẽ ſpeciei, vt in exẽplo Bart.in quo prioribus Peruſij habẽtibus iã officium formatũ commiſſa fuit prouiſio abũdantiæ, & tamen probat illos eſſe ordinarios quod attinet ad illam commiſſionem ſpecialiter conceſſam, ea ratione, quia illud negotium eſt vniuerſale. oportet enim illos facere multos

contractus cum diuerſis mercatoribus frumen-
torum. Sed ſic eſt quòd quælibet facultas con
ceſſa Legato, habet plura expedienda cum di-
uerſis hominibus. nam legatus ex virtute cuiuſ
cunque facultatis diſpenſat cum diuerſis. ergo
quælibet facultas etiã ſeparatim in ſe cõſidera-
ta, eſt ordinaria, & per cõſequẽs nõ expirat mor
te Papæ, præalleg. l. & quia principaliter. & c. ij.
¶ Secũdo probatur vltra Bart. per titulos. ff. de
offi. præfec. præto. præfec. vrb. procõ. & præſi.
qui omnes ſine dubio ſunt ordinarij, non ea
ratione quia ſint perpetui. nam ſuſcipiebãt ſuf-
fectos. l. meminiſſe. ff. de offi. procon. ſed ea ſo-
la ratione, quia commiſſum eſt illis negotium
vniuerſale, quod habet multa expedienda cum
diuerſis. Et ſi mihi dixerit aliquis negotium cõ-
miſſum proconſuli & alijs ſupradictis eſſe ma-
ius qualibet facultate Legati, & eſſe magis vni-
uerſale, reſpondeo quòd plus vel minus nõ di-
uerſificant ſpecies. l. ſi. ff. de fun. inſtruc. & ſic
quanuis negotium cõmiſſum per vnam facul-
tatem habeat pauciora expedienda, non ideo
minus eſt ordinarium quàm negotium com-

miſſum proconſuli, quod habet ſub ſe plura: cum vtrunq; ſit vniuerſale. Et ita vides Bartholum (cuius auctoritas eſt maxima in iudicijs) tenere in ſimplici cõmiſſione prouiſionis abũdãtiæ, quæ erat multo minus vniuerſalis quàm negotium commiſſum proconſuli & alijs præſidibus. & iſtud eſt quod voluit glo. iunc. tex. in l. fi. C. vbi & apud quem. & glo. iũcto textu in c. pen. de reſti. in integr. dum dicunt illum eſſe ordinarium qui eſt præpoſitus certæ adminiſtrationi cui iuriſdictio ineſt, id eſt qui eſt præpoſitus adminiſtrationi alicuius negotij habẽtis ſub ſe plura expedienda per poteſtatem ſibi commiſſam.

¶Ex prædictis duobus fundamentis infertur ꝙ ſi alicui priuato qui non haberet dignitatem vel officium, cõmitteretur ſimpliciter vna ſola ex facultatibus Legati Frãciæ, ille ſic cõmiſſus eſſet ordinarius, nec expiraret eius poteſtas morte ſummi põtificis. Ordinaria enĩ poteſtas generať ex cõmiſſione alicuius negotij cõtinẽtis ſub ſe plura expediẽda cũ diuerſis hominibus. Et qui hoc negare volet, perſcrutetur

quæſo diligenter quæ ſint illa quæ iuriſdictioné ordinariam conſtituant, & poſtea loquatur.

¶Tertio, quia videmus in Italia poteſtaté creandi generales tabelliones apoſtolicos, quæ eſt de reſeruatis ſoli papæ ſecundum Innocen. in c. quoniam Petrus tabellio. de fi. inſtru. itē poteſtatem legitimandi, quæ etiam ſoli principi competit. c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. cõceſſam alicui a Romano pontifice, non expirare morte ſummi pontificis talem poteſtatem cõcedentis: quia ſcilicet eſt ordinaria, ea ratione, quia eſt negotium communicandum cum multis. quod eſt valde notandum, quia conſuetudo eſt optima dubiorum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legi. etiam ſi non ſit eius loci in quo eſt dubium, dummodo ſit in loco vicino. ca. cum olim. de conſue. vt eſt Italia, quæ eſt vicina Franciæ.

¶Quarto, quia in dubio ſemper princeps videtur cõcedere iuriſdictionem ordinariam potius quàm delegatã. glo. Bart. & alij in. l. & quia principaliter. ff. de iuriſd. om. iudi. & Card. zab. in c. quoniam Abbas. de offi. deleg. agens enim

in patiens bene diſpoſitum quàm fortius poteſt operatur. Ars enim & natura ſemper conantur quæ meliora poſſunt producere in ſubiacẽtem materiam, vt dicit Bal. in. l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. ſicut in ſimili appellatione iudicis intelligitur de ordinario. glo. iunct. tex. quam dicunt ſingularem in. l. ij. in verbo. in iudicio. C. de libert. & eorum liber. ſed in nulla ex facultatibus Legati Frãciæ eſt appoſitum verbum delego. ergo debet cenſeri conceſſa poteſtas ordinaria per prædicta.

¶Quinto, quia quãuis Legatus in his quæ excedunt naturam ſui officij, cenſeretur regulariter delegatus (quod falſiſſimum eſt, vt ex prædictis apparet) tamen quando ex vnica cõmiſſione & in eiſdem literis conſtitueretur Legatus, & ſimul cõcederentur facultates, tunc ſine dubio tota poteſtas Legati eſt ordinaria. ita tenet Ioan. Andr. loquens in proprijs terminis Legati, in addi. ad ſpeculum in titu. de offi. vica. arg. c. j. de conſec. eccle. vel alta. in vj. & c. ſi ciuitas. de ſenten. excom. & c. tranſlato ſacerdotio. de conſtitu. Item quia magis dignum,

vtputa principalis poteſtas Legati, quæ eſt ſi=
ne dubio ordinaria, attrahit ad ſe minus di=
gnum.c.quod in dubijs.de conſecr.eccle.Item
quia cõnexorum idem eſt iudicium.l. ſi ſpon=
ſus.§. generaliter. ff. de dona.inter vir. & vxo.
Item quia vna determinatio (vtputa in no=
ſtro caſu vnica commiſſio) reſpiciens plura de=
terminabilia, vtputa principalem poteſtatẽ, &
ipſas facultates, illa debet æqualiter determina=
re. l. iam hoc iure. ff.de vulg.& pupil. & quia
vnum & idem non debet diuerſo iure cenſeri.l.
eum qui ædes. ff. de vſucap. facit dictum Bal.
in.l.precibus. quòd vnitatem formæ ſequitur
vnitas materiæ.per.l. cum quæſtio.C. de lega.
Sed Antonio a Prato Cardinali illuſtriſſimo cõ
ceſſum eſt officium Legationis ſimul cum fa=
cultatibus ex vnica commiſſione, id eſt in eiſ=
dem literis: ergo facultates ſunt ordinarię, ſicut
& ipſum principale Legationis officiũ. Satis
ſcio ingenioſum aliquem dicturum, Antonio
à Prato Cardinali illuſtriſſimo, item Legato de
Boyſi, non fuiſſe conceſſas facultates ſimul, ſed
per relationem ad illas quæ conceſſæ ſunt Le=

gato de Ambaſia, cui erant conceſſæ ſeparatim.ergo videtur quòd etiam Antonius a Prato & Boyſi habeant illas ſeparatim, ſicut Legatus de Ambaſia. Tu tamen qui hoc dicturus es, aduerte quæſo virtutem relationis eam eſſe, vt illud quod relatum eſt, transferat omnino intra referens, etiam ſi relatum ſit mera ſubſtantia referentis. quod declaro ſic, certum eſt quòd pretium eſt ſubſtantia emptionis & venditionis. l. pacta conuenta. ff. de contrahend. emptio. id eſt, eſt illud ſine quo emptio generari non poteſt. l. ij. illo titu. Subſtantia enim ſecundum Bal. in. l. etiam. C. de exequ. rei iudic. eſt illud quo primum res incipit eſſe aliquid, id eſt, ſine quo res non poteſt incipere eſſe. Tamen ſi vendo tibi agrum quanti habes in arca, valet illa venditio. l. hæc venditio. §. huiuſmodi. ff. de contrahen. empt. quod eſſe non poſſet niſi relatio intellectuali quodam modo, & virtute quaſi maga transferret totum relatum, ſcilicet ipſum pretiũ quod eſt in arca, intra referens, id eſt intra contractũ emptionis. quod patet. nam pretium eſt anima emptio-

nis, cum ſit eius ſubſtantia. anima autem non poteſt naturaliter eſſe ſeparata a corpore: ergo nec ciuiliter, cũ ars naturã imitetur.l.adoptio. ff.de adop. Ecce tibi aliud exemplum in.l. aſſe toto.ff.de hære.inſt.& in l.inſtitutio talis.ff.de condi. inſti. vbi hæc inſtitutio, Inſtituo illum quem in codicillis nominauero, valet, & tamen videbatur quòd illa inſtitutio contaminaretur a codicillis qui non ſunt capaces inſtitutionis recipiendæ.l. Scæuola.ff. ad treb. Item videbatur quòd teſtamentum corrueret quod nõ habebat inſtitutionem, quæ eſt anima teſtamenti. ſine ea enim eſſe non poteſt. l.j.ff. de vulg. & pupil.l.proxime.ff.de his quæ in teſt.delen. & tamen omnia ſuſcipiunt medelam ex mirabili virtute relationis, quæ mouet ipſum relatum loco ſuo, & transfert illud, vt ita dicam, intra viſcera referentis, & ſic abſtrahit inſtitutionem omnino a codicillis, & ideo ab illis non contaminatur, & transfert illam omnino intra teſtamẽtum, & ſic teſtamentũ recipit ſuam animam, & ſuum eſſe: ex quo videtur quòd prima ſcriptura non eſſet aliquo modo teſta-

mentum ante factos codicillos, cum non habe-
ret adhuc ſuam ſubſtantiam. facit in propoſito
dictum Bal. in. l. qui interrogatus. ff. de interro.
actio. dicentis quod illa quæ ſunt in termino ad
quem fit relatio, intelligũtur ſpecificata omni-
no in termino referente. pro quo allegat. l. in
ſumma. ff. de re iudi. Ex quibus infero quod fa-
cultates conceſſæ Georgio de Ambaſia, relatæ
per literas creationis de Boyſi & Antonij a pra-
to, ex virtute relationis ſunt omnino intra re-
ferẽs, id eſt intra literas creationis vtriuſq;. & ſic
patet ꝙ Antonius a prato habet ſub eadẽ com-
miſſione facultates & officium Legati.
¶Sexto, quod facultates ſimul conceſſæ cum
legatione ſint ordinariæ, ſicut & ipſum princi-
pale officium, facit ca. acceſſoriũ. de reg. iur. in
vj. Item facit optime quia ea quæ cohærent ali-
cui actui, inſunt omnino illi actui, & inſunt, du-
pliciter. Primo ita vt in ſe & intra ſuam ſubſtã-
tiam ſuſcipiant naturam & vim principalis a-
ctus. l. iuriſgentium cõuentiones. §. quinimo. ff.
de pac. l. lecta. ff. ſi cer. peta. vbi cohęrẽs ſuſcipit
in ſe & intra ſuam ſubſtantiã, naturam & vim

principalis actus, inquantum propter cohærẽtiam producit per ſe ſicut & ipſum principale, vt ibi patet, & in.l.ij.C.de pact.inter emp.& vẽ. & iſte modus inexiſtẽtię quãuis videatur difficilis, eo quòd actus cohærens cõſideratur tanquã ſeparatus, tamen probatur in illo. §. quinimo. iunct. §. adeo. illa eadem.l. Secundo inſunt per alium modum, vt ſcilicet non conſiderentur tanquã habentia aliquid intra ſe, & intra ſuam ſubſtantiam, ſed tanquã pars, & quodammodo membrum ipſius principalis actus, præalleg.l.lecta.& §. quinimo. vbi patet quod vltra vim quam in ſe ſuſcipit actus cohærens, vt ſcilicet per ſe producat, tamen adhuc principalis actus ſuis proprijs armis tuetur omnino actũ cohęrentem, actione ſcilicet informata per cohærentiam adiuncti. quæ omnia procedũt etiam in actibus qui non ſunt bonæ fidei, vt probatur in.l.petens.C.de pact.& in.l. lecta. Ex quibus omnibus apparet quod cohærens ineſt principali cũ participatione omnimoda omnium qualitatum ipſius principalis. ſed ſic eſt quod facultates cũ ſint ſimul conceſſę, cohærẽt

principali officio legationis,ergo inſunt prin=
cipali officio cum omnimoda participatione
omniũ qualitatũ principalis officij.igitur ſunt
ordinariæ,ſicut principale officium.

¶Septimo ad conuincendã omnẽ etiam om=
nium Iudæorũ pertinaciam,quia poſito quod
facultates quæ conceduntur Legatis extra na=
turã legationis,regulariter cenſerẽtur ſui natu=
ra delegatę,quod falſum eſt,vt ſupra dixi:item
poſito quod nõ eſſent conceſſæ ex vnica com=
miſſione,imò ſeparatim,tamen adhuc faculta=
tes Legati Franciæ ſunt ordinariæ ſpeciali qua=
dam ratione:quia quotienſcunq; in cõmiſſio=
nibus ſeu facultatibus ſeparatis exprimitur Le=
gatio,ſiue fiat in ſalutatione,vtpuța tibi Lega=
to noſtro,ſiue in progreſſu, tibi Legato noſtro
committimus quod poſſis &c.eo caſu indubi=
tanter tota poteſtas Legati eſt ſimul ordinaria
ſecundum Iohan.And.in præalleg,titu.de offi.
vica.in addi.ad Specu.& ſecundũ Card.Zab.in
cle.j.verſi.duro. in.xij.q.de hæreti. quod pro=
bat Ioh.And.hac ratione,certum eſt quod illæ
facultates de quibus quęritur,ea ſola ratione nõ

tranſeunt in legatum ex ſimplici legatione, quia pręſumitur cõmittẽtem noluiſſe ea tranſire, cum hoc nõ expreſſerit.c.quod tranſlationem.de offi.lega.Non ergo procedit illud ex aliqua inhabilitate committentis vel recipientis.ſublata igitur iſta pręſumptione per expreſſionem,ſatis patet quod eodẽ iure exercet ſingula.ſed ſic eſt quod in qualibet facultate Legati Franciæ dicitur in ſalutatione, noſtro & ſedis Apoſtolicæ Legato.ergo ſequitur quod eodem iure ordinario exercet facultates, quo & ipſum principale officium.conceduntur enim ipſi tanquã Legato, & ſic conceduntur officio legationis,eo maxime,quia ſi bene conſideres fundamentum Ioh.And.certe cõcludit facultates ſeparatim conceſſas eſſe ordinarias,etiam non facta commemoratione legationis in ſalutatione vel alibi:ergo multo magis ſunt ordinariæ quando adeſt commemoratio Legati.

¶Octauo probatur,quia ad diſcernendũ poteſtatem ordinariam a delegata, debet inſpici quid intendit ipſe princeps, vt dicit Card.Zab. in cle.j.de hæreti.quod clare patet.nam ipſius

principis eſt facere ordinarium.l.j.§.cum vrbē. ff.de offi.pręfec.vrb.§. ſi quis vero.de pa. te. & iur.fir.in vſi.feu.& ideo ſi conſtaret de principis voluntate, nullū eſſet dubium. volūtas enim & poteſtas regulant omnes noſtros actus.Bal. in.l.omne verbum.C.com.de lega.Colligitur autem intentio principis ex coniecturis, quæ maxime colliguntur ex præcedētibus & ſequētibus.l.ſi ſeruus plurium.§. fi.ff.de leg.j.l.hæredes palam.§.ſed ſi notam.ff. de teſta. Melior autem coniectura eſſe non poteſt ſecundū Iohan.And.quā illa, quòd in ſequētibus facultatibus expreſſerit nomen Legati.pro quo facit optime, quia in qualibet facultate dum aſſignatur ratio quare illa facultas concedatur, dicit Romanus pontifex ſe illud facere, quia illum ante creauerit Legatum de latere: ex quo ſatis demonſtrat ſe tribuere illam facultatem ei tanquam Legato, & in vim legationis.facit.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu & habi.vbi dicitur verba intelligi debere ſecundū qualitatē perſonæ ad quā referuntur. quod tum maxime locum habet, cū qualitas exprimitur, vt in noſtro ca-

ſu. qualitatis enim expreſſio plurimum opera-
tur in hac materia.ca.quoniam Abbas.de offi.
deleg.Cogita tamen,& cogita rogo diligēter,
quia non poſſum non mirari cum videam Ioh.
And.velle in.c.hi qui.de præben.in.vj.per illū
tex.facultates Legati eſſe delegatas quādo cō-
mittuntur ſeparatim ſine commemoratione
Legati:& tamen ſi bene inſpicias, regulariter
quælibet facultas quę datur Legatis ſeparatim,
conſueuit eſſe vniuerſalis,& nemo vnquam de-
ſcripſit iuriſdictionem ordinariam niſi ex vni-
uerſitate negotij commiſſi,vt potes videre per
Bart.in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ord.faci.itē
in.q.quam diſputauit quæ incipit, Adunantia
communis.& per eundem Bart.& modernos
quaſi omnes in.l.more.ff.de iuriſd.om.iudi. &
per Abb.in capit.relatum. de offi.deleg.& per
Card.in capit.quoniam Abbas.illo titu.& per
Barba.in.c.cum aliquibus.de offi.ord.Pene in-
finitos poſſem tibi adducere,ſi mallem imple-
re chartas verbis q̃ rebus. Et ſi bene conſide-
res verba Bart.in prædictis locis,cōmiſſio ter-
ritorij,vtputa prouinciæ vel caſtri vel ciuitatis,

non alia ratione importat ordinariam iuriſdi-
ctionem.l.j.§.cum vrbem.ff.de offi.præfec.vrb.
niſi quia continet ſub ſe negotiũ exercendum
cum multis. & certum eſt quod plus vel mi-
nus, vt ſupra dixi, non diuerſificant ſpecies.l.fi.
ff.de fun. inſtruct. Et aduerte quia ſi ad genera-
tionem ordinariæ poteſtatis, vltra vniuerſita-
tem negotij requiris etiam territorium, certe
non deeſt territorium ipſis facultatibus. quæli-
bet enim facultas habet certum territoriũ, re-
gnum ſcilicet Frãciæ. & forſitan ideo nõ requi-
ſiuit Bart. territorium, quia loquitur in his quæ
ſunt iuriſdictionis voluntariæ, in quibus vide-
tur territorium non haberi in magna conſide-
ratione.l.ij.ff.de offi.procon. Vel melius, quia
vt ſupra dixi, habuit pro cõſtanti ſufficere vni-
uerſitatem negotij commiſſi, etiã ſine territo-
rio quãdo vniuerſitas ex alio colligi poteſt q̃ ex
territorio. Nõ poſſum inquã non mirari, maxi-
me cũ videã fundamentũ quo ille & Lapus &
eorũ ſequaces vtuntur, eſſe vnicum tãtum, de.c.
hi qui.de præben.in.vj. quod nihil prorſus fa-
cit ad rem noſtram: vt infra luce clarius demõ-

ſtrabimus.tamen quicquid ſit,non lædit Ioh. And. facultates Antonij a prato,cum ſint ſimul conceſſæ,vt Io.An.requirit, & cũ nomen Legati in qualibet ex facultatibus ſit repetitũ. & iſtas duas modificationes credo Iohannem And. feciſſe, quia naturali quodam inſtinctu inijciebatur ei ſcrupulus, qui ad has modificationes illum impulit,vt ille demonſtrat cum dicit,multũ eſt præiudiciale hoc dictũ iuriſdictioni metropoliticæ.vult enim(vt obiter illud etiã declaremus) quod ſi vicarij epiſcoporũ in facultatibus ſibi ſpecialiter conceſſis cẽſeantur delegati,erit magnũ præiudiciũ metropolitanorũ.nã appellabitur a vicarijs delegatis ad epiſcopũ delegãtem.c.ſuper quæſtionũ.§. porro. de off.deleg.Si vero vicarij cenſeãtur in illis facultatibus ordinarij,appellabitur ab illis ad metropolitanum.c.ij.de conſue.in vj.c. Romana. de appel.in.vj.quod quomodo procedat,videbimus in reſponſione ad ſextum contrarium. Tamẽ puto ſi bene aduertamus ad verba Ioan. And.in fine magnæ additionis ad ſpecu.in titu.de offi. vica. videbimus illum retractaſſe ibi

errorem illū in quē inciderat in.c.hi qui.vt infra dicetur in reſponſione ad primū contrariū.

¶Nono ſuadetur, quia cum probatum ſit omnes facultates datas eſſe, & ſic competere in vim Legationis: ſi diceremus eas facultates quæ ſpecialiter competunt, expiraſſe, & alias iuris facultates adhuc viuere, ſequeretur ipſum officium Legationis eſſe quodammodo ſemiuiuū & ſemimortuum, & ſic eſſe in duplici ſtatu cōtrario: quod eſſe non poteſt.l.j.C.de lati.libert. tol.c.per venerabilem.qui fi.ſint legi. Ars enim quantum poteſt naturam imitatur.l. adoptio. ff.de adop.facit in propoſito.l.eum qui.§.fi.ff. de his quibus vt indig.vbi aliquid ſuſtinetur propter adiunctum, quod tamē ſui natura corruere debebat: vt ibi patet.

¶Decimo, quia quotienſcunq; quis habet aliquid a ſede Apoſtolica, illud non expirat per mortem Papæ. ſedes enim apoſtolica nunquā moritur.c.ſi gratioſe.de reſcrip.in vj.ſed Legatus Franciæ habet facultates a ſede apoſtolica, vt patet ex principio cuiuſcunq; facultatis: ergo morte ſummi pontificis non expirant. ta=

men ſuper hoc fundamento non facio magnã vim, quia claudicat forſitan duobus pedibus.
¶Reſtat nũc reſpõdere ad cõtraria quæ ſupra fecimus, de quibus non eſt multum curandum, cum habeant tot fortes rationes ſibi oppoſitas, & authoritatem Bar. & Io. And. qui ſunt iuris vtriuſq; principes, a quibus non eſt diſcedendũ in iudicando & conſulendo. tamen quia ex ſolutionibus illorum cõtrariorum, res fit clarior, reſpondeo.
¶Primo, non obſtat c. hi qui. de præben. in vj. vbi ſecundũ inductionem quã ſupra fecimus, Legatus in cauſa ſibi ſpecialiter commiſſa vltra ſuæ Legationis officium cenſetur delegatus.
¶Nam reſpondeo quòd ibi fuerat cõmiſſum vnum negotium particulare tantum, vt puta qꝫ faceret quendam Gaium recipi in canonicum. quo caſu non eſt dubium illum eſſe delegatum in ea cauſa. ordinaria enim poteſtas nunquam conſiſtit in commiſſione rei certæ, vt ſupra diximus, ſecundum Bar. in. l. more. & in. l. ambitioſa. argumento. l. certarum. ff. de teſta. tute. In noſtro vero caſu quælibet facultas Legati

etiã ſeparatim per ſe conſiderata,eſt quid vniuerſale.& iſta non ita diligenter conſiderarũt, ſicut Bart. hi qui ad hanc materiam allegauerunt illud.c.hi qui.quod nihil penitus facit ad propoſitum.Hunc intellectũ ad illud.c.hi qui. viſus eſt ſentire Ioan. Andr.in fi. prælleg. addi. ad Specu.dum dixit illum tex. procedere in his quæ nõ ſunt iuriſdictionalia,vtputa quia concedatur Legato quòd ipſe poſſit celebrare, & ſibi celebrari facere in loco interdicto. Itẽ ꝙ eius famuli in abſentia percipiant fructus ſuorũ beneficiorum. Ex quibus omnibus particularibus exemplis ſatis patet, quòd dum Ioan. And. dixit illum tex. loqui in non iuriſdictionailibus voluit intelligere illum tex.loqui de particularibus tantum, ex quibus non cõſtituitur iuriſdictio ordinaria, vt ſupra diximus.ex quo videtur velle quòd ſi facultas conceſſa ſpecialiter Legato, fuiſſet ibi vniuerſalis, id eſt communicanda cum pluribus, illa fuiſſet ordinaria.& quanuis illud verbum,non iuriſdictionalia,quo vtitur ibi Io.And.videatur aliud ſonare quàm particularia,tamen mens eius ex

omnibus exemplis quæ ibi ponuntur, ſatis colligitur, quòd intellexit illum textum procedere in re particulari commiſſa: & ſic videtur errorem ſuum reuocaſſe omnino, in quem inciderat in.c.hi qui. & videtur velle indiſtinctè ꝙ facultates conceſſæ ſeparatim etiam ſine commemoratione Legati in ſalutatione vel alibi, ſint ordinariæ, dūmodo ſint vniuerſales, id eſt, dummodo habeant negotium communicandum cum multis. quam concluſionem firmiſſime tenet Bart. vbiq;, vt ſupra diximus. & credo quòd temporibus Ioannis Andr. dabantur legatis ſolūmodo facultates particulares. Ideo forſitan ille & eius ſequaces dixerunt eas eſſe delegatas, quando ſeparatim conceduntur ſine commemoratione Legati. Et quod darentur tantummodo particulares, ex eo coniicio, quia ille nullum exemplum ponit niſi in facultatibus particularibus. i. quæ non habent negotiū expediendum cum multis. Tamē quicquid ſit, vt ſupra dixi, Ioh. And. non ledit facultates Legati Franciæ, cum ſint conceſſæ ſimul cum legatione, vt ipſe requirit, & cum ſint conceſſæ

officio Legationis repetito. ¶Vel ſecundo re-ſpondeo ex illis verbis Ioan. And. quæ non habent aliquam difficultatem, q̃ ibi facultas erat conceſſa ſeparatim: in caſu vero noſtro ſimul ſunt conceſſæ facultates cum ipſa legatione. ¶Vel tertio reſpondeo q̃ ibi fuit conceſſa facultas nõ facta commemoratione Legati in ſalutatione vel alibi: ſecus in noſtro caſu, quia facultates ſunt conceſſæ facta commemoratione legati in qualibet facultate. quod eſt aduertendum ſecũdum Io. An. Has duas vltimas ſolutiones poſui ex abundanti. Prima enim eſt illa quæ vere aptatur ad illud. c. hi qui.

¶Nec obſtat ſecundo quòd facultates Legati Franciæ ſunt extraordinariæ: ergo videtur q̃ non poſſint dici ordinariæ: quia album nõ poteſt dici nigrum. Nam reſpondeo quòd quid eſſe ordinarium poteſt conſiderari dupliciter. Primo, quia fiat iure communi & regulariter, & ſic prout eſt quid oppoſitũ extraordinario. & hoc modo capiendo ordinarium, officium Legati non poteſt dici ordinarium, per. l. ij. §. & hæc omnia. ibi, extra ordinem. ff. de orig. iu. &

l.in cauſæ.la.ij.in prin.ff.de mino. Secũdo poteſt conſiderari quid eſſe ordinarium, id eſt reſidens in perſona illius qui illud exercet, ita quòd ille qui hoc habet, exercere poſſit tanquam ipſe, & tanquam iure reſidente in ſua perſona: & ſic prout eſt quid oppoſitum delegationi, in qua quis non poteſt operari tanquam ipſe, nec tanquam iure reſidente in ſua perſona, ſed potius oportet quòd operetur nomine committentis, & tanquam iuriſdictione remanente penes committentem. & hoc modo capiendo ordinariũ, facultates Legati quãtumcunq; ſint extra ordinem, tamen ſunt ordinariæ, quia cum per quamlibet facultatem ſit ei commiſſum negotium vniuerſale, & cum quælibet facultas ſit conceſſa ſub nomine Legationis, item cum facultates ſint conceſſæ ſimul cum legatione, ſine dubio non poteſt dici delegatus quo ad facultates. Nec mirum, illud quod eſt extraordinarium vno reſpectu, dici ordinarium alio reſpectu, quia id etiam patet in præfecto vigilum, qui vere eſt ordinarius, vt patet ex continuatione glo. in rub. ff.

de offi.eius cui mand.eo ſcilicet reſpectu, quia commiſſum ſit ei negotium vniuerſale, & ſic quia cognoſcit tanquam iure reſidente in ſua perſona, & tamen dicitur conſtitutus extra ordinem, id eſt extraordinarius, in præalleg.§. & hæc omnia.eo reſpectu, quia conſtituitur præter communẽ vſum alicuius vtilitatis cauſa, vt ſcilicet facilius obuietur criminibus, cum tamẽ ſine eo obuiatum etiam fuiſſet per alios magiſtratus ordinarios, quanuis non ita facile. Et iſta quãuis noua ſint, ſunt tamen vera: & ideo Ang. in.l.fi.ff.de iuſti.& iu.dicit eos iudices qui vagantur per prouinciam ad eam purgandã malis hominibus iuxta.l.congruit.ff.de offi.præſi. eſſe ordinarios, quos tamen Bald.appellat extraordinarios, in.c.j.§. præterea.de prohib. alie. feu.per Feder. in vſi. feu. quorum quilibet recte dicit, vt ex prædictis ſatis patet, diuerſis tamen reſpectibus.

¶Nec obſtat tertio ꝙ legatus Frãciæ cũ vtit̃ facultatibus ſuis, ſemp̃ in literis dicit ſe facere auctoritate ap̃lica, & nõ auctoritate propria. ergo eſt delegatus.l.ſolet.ff.de iuriſd.om.iud.l.j.§.

qui mandatam. ff. de offi. eius cui man. eſt iu-
riſd. ¶ Nam reſpondeo quòd quandoque ver-
ba illa, auctoritate noſtra, vel auctoritate apo-
ſtolica, proferuntur a committente, & hoc ca-
ſu reſolutio eſt quam ponunt Cald. & Cardin.
Zab. in. c. cum olim. de maio. & obed. & in. c.
quoniam Abbas. de offic. delega. quòd ſi ad-
iungãtur actui faciẽdo, vt quia dicatur, aucto-
ritate noſtra audias vel facias, tunc important
delegationem. c. cum aliquibus. de reſcrip. in
vj. cle. quia contingit. de relig. domi. Si vero
adiungantur iam geſtis confirmandis, vtputa
quia dicatur, quicquid feceris auctoritate no-
ſtra, teneat: tunc ſine dubio non important
delegationem, ſi commiſſio erat ſui natura or-
dinaria: vt ibi per Zab. in caſu domini Paduæ,
qui deputauerat quoſdã ſuper audiendis que-
relis ciuium, & adiecit quòd quicquid facerent
auctoritate ipſius, teneret. & tamen illi habi-
ti fuerunt tanquam ordinarij. Et ſic apparet
quòd illa verba, auctoritate noſtra, vel apoſto-
lica, prolata a cõmittente, aliquando importãt
delegationẽ, aliquando confirmationem eorũ

quæ geſta ſunt, ex vi ordinariæ iuriſdictionis: & iſto caſu loquitur cõtrarium. Quãdoq; pro- feruntur ab eo qui commiſſus eſt, vt in noſtro caſu ab ipſo Legato Franciæ, & de hoc non in- uenio adhuc dubitatum fuiſſe: & rationẽ quare non fuerit dubitatum, puto hanc eſſe, quia non eſt illius qui commiſſus eſt, facere ſibi ordinari- am vel delegatã, ſed eſt ſuperioris: & ideo ver- ba ſuperioris committentis ponderata fuerũt ab interpretibus iuris ad cognitionem ordina- riæ vel delegatæ iuriſdictionis, & non verba il- lius cui committitur. facit optime in arg. l. le- gatus cęſaris. ff. de offi. præſi. & c. j. de renun. Et poſito quod inſpici deberent verba illius qui commiſſus eſt, tamen verba illa Legati Frãciæ, Auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte, deberent intelligi de auctoritate confir- mante. Nec poteſt ſumi alia interpretatio. Nã cum Legatus vtatur poteſtate ordinaria etiam quo ad facultates, vt ſupra probatum eſt, verba eius debent intelligi tanquã ab ordinario pro- lata, & ſic ſecundum materiam ſubiectam. l. ſi vno. ff. loca. & ſic debent intelligi de auctorita-

te confirmante ea quæ geruntur ex vi ordinariȩ iuriſdictionis, & nõ de auctoritate delegãte. dicta enim factave noſtra q̃ maxime poſſibile eſt, ſic interpretanda ſunt, vt ius ipſius loquentis faciẽtiſve minime lȩdant. caſus eſt in. l. poſtquam vero pignus. iunct. notatis ibi per glo. ff. de pac. etiam cum maxima verborum improprietate: vt in. l. ſi vno. ff. loca.

¶Nec obſtat quarto. c. ij. de offi. le. in. vj. vbi videtur probari quod ad hoc vt legatus ſit ordinarius, oportet illum eſſe ſimilem proconſuli, & ſic habere iuriſdictionẽ tẽporalẽ. ¶Nã reſpõdeo ſimilitudinẽ debere ibi ĩtelligi nõ in omnibus, ſed in his tantũ quæ conſtituũt iuriſdictionẽ ordinariã. quod declaro per aliud exemplũ, Cardinales appellãtur illuſtres ab omnibus doctoribus: vt not. Alex. & Iaſ. in. l. j. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. ea ratione, quia æquiparãtur præfectis prætorio. glo. in verbo iudicaturus. in. l. j. ff. de offi. præfec. præto. & tamen certum eſt quod æquiparatio non concludit inter cardinales & præfectos prætorio niſi in ea re tantum quæ tribuit dignitatem illuſtrem, ſcili-

cet quia nõ appellatur a cardinalibus, argumẽto.l.epiſcopale.C.de epiſ.audi.ſicut nec a præfectis prætorio.l.j.ff.de offi.præfec.prȩto. Prærogatiua enim quòd ab aliquo nõ appelletur, tribuit dignitatem illuſtrem, vt notat illa glo. in verbo iudicaturus, præalleg. Nulli enim dubium eſt cardinales non eſſe per omnia ſimiles præfectis prætorio, cum non habeat quilibet cardinalis certum territorium cum iuriſdictione temporali, ſicut habebãt præfecti prætorio, vt patet in titulis.C.de offi.prȩfec.prȩt. Aphri. Orien.& Illy.Neq; conſideratũ fuit, differentiã eſſe inter eos in multis, ea ratione, quia illa in quibus differũt, nihil operãtur ad prȩſtandã dignitatẽ illuſtrẽ. Ex quo ſatis apparet æquiparationes magiſtratuũ eccleſiaſticorũ ad magiſtratus ſeculares nõ fieri in omnibus, ſed in his tantũ quæ ſunt ſubſtãtialia eius rei de qua agitur. ad hoc facit.c.quemadmodũ. de iureiurando. vbi ſumitur argumentum a ſimilitudine matrimonij contracti, ad matrimonium contrahendum: quia æquiparantur in ea re de qua ibi quæritur, cum tamen in multis alijs differant,

vt not.in rub.de ſpon. & vide gloſam in capit. non poteſt. de præbend. in ſexto quæ allegat Boetium in Topica Ciceronis ad probandum quod in cõparatione nõ requiritur ꝙ res tota ſit toti rei ſimilis, ſed in eo tantũ ad quod confertur. Sic dico quod in.c.ij.de offi.leg.in vj. Romanus pontifex volens probare Legatos eſſe ordinarios, conſiderauit, nec aliud conſiderare potuit, quod Legati æquiparãtur proconſulibus in ea re quæ præſtat poteſtatem ordinariam: quia ſcilicet committitur illis, ſicut & proconſulibus, negotium vniuerſale, quod habet plura expedienda cum diuerſis: item quia ſicut proconſulibus, ita & Legatis committitur certa prouincia, quanuis diuerſimode, vni ſcilicet quo ad temporalem, alteri quo ad ſpiritualem iuriſdictionem. Nec potuit conſiderare inter illos debere eſſe ſimilitudinem in temporali iuriſdictione. Quis enim neſcit tẽporalem iuriſdictionem nihil facere, & non requiri ad generationem ordinariæ poteſtatis? Nemo ſanè ex his qui animaduerterint vicarios & officiales eſſe ordinarios, vt patet ex ca. Romana.

de appel.in.vj.iunc.c.ſuper quæſtionũ §. porro.de offi.deleg.& qui animaduerterint epiſcopos eſſe ordinarios: vt per totũ titu.de offi.ord. & tamen non habent iuriſdictionem temporalem.c.ſi clericus laicum.de fo. compe.niſi per accidens eis concedatur ab aliquo principe ſeculari.Et non ſolum non requiritur iuriſdictio temporalis ad generationem ordinariæ poteſtatis,imo dico plus,quod ſi iuriſdictionem a iure dicẽdo denominemus,certe & ſine aliquã iuriſdictione conſiſtit ordinaria poteſtas,dummodo committatur aliquod negotium vniuerſale,vt ſupra diximus ſecundum Bart.in eo cui commiſſa eſt cura abundantiæ. Conſiderauit ergo Papa in.c.ij.de offi.leg.in.vj. ſimilitudinẽ inter Proconſulem & Legatum non in omnibus,ſed in his tantum quæ conſtituunt poteſtatem ordinariam,in quibus ſine dubio æquiparantur.Et quod illud.c.ij.debeat intelligi etiam in eo Legato qui miſſus eſt ad prouinciam non ſubiectam eccleſiæ Romanæ,& quæ non conſueuerit habere Legatũ,patet.nã & de illo loquitur titu.de offi.lega.vt in.c.nouit.vbi lo-

quitur de Legato Franciæ.& in.c.quod trāſla- tionē.vbi loquitur de Legato Siciliæ. quæ iura ōnia eo tēpore quo fecit illud.c.ij.habebat Ro- manus pōtifex in pectore.c.j.de conſti.in.vj.l. omniū.C.de teſta.& tamē dixit generaliter eos Legatos eſſe ordinarios qui miſſi ſūt ad aliquā prouinciā vt ibi ædificēt & plantēt,eradicēt & euellant,vt eſt Legatus Frāciæ,qui ad hoc miſ- ſus eſt. Et facit præterea quia omnes doctores ſemper intellexerūt illū textū generaliter.Itē fa cit quia etiā æquiparatio nō concludit per om- nia inter proconſulē & Legatū miſſum ad pro- uinciā ſubiectā eccleſiæ Romanæ,cū procōſul nō habeat ſpiritualē iuriſdictionē,ſicut ille Le- gatus.ideo ſatis patet ꝙ non magis debet intel- ligi de vno quā de altero Legato.Ex prædictis patet quòd argumentū ſuperius factū a deſtru- ctione principalis ad facultates acceſſorias,nō tenet,quia maior eſt falſa,ſcilicet quod princi- pale officium corruat.

¶Nec obſtat quinto,quod poteſtas Legati vi- detur quod ſit vicaria,vt ſentit glo.in.c.ſua.de offi.vica.dum dicit quod vicarius poteſt omnia quæ pertinent ad iuriſdictionem.l.ij.C.de offi.

eius qui vi.alte.ge.Quędã tamen ſunt quę ſine ſpeciali mandato attentare non debet.c.quod trãſlationẽ.de offi.lega.& ſic dũ allegat.c.quod tranſlationẽ. quod loquitur de legato, videtur ſentire Legatũ eſſe vicariũ:vt exceptio ſit de regula. ¶ Nam reſpõdeo glo.illã,ſi bene ponderetur,noluiſſe illud,ſed voluiſſe facere argumẽtum de maiori ad minus negatiue,hoc modo, ſi legatus ſine ſpeciali mandato nõ poteſt attẽtare multa quæ ſunt reſeruata Papæ,ergo multo minus poterit illa attẽtare vicarius. Et quod Legatus nõ habeat iuriſdictionẽ vicariã, tenet expreſſe Car.zab.in.c.ſua.in.iiij.q.de offi.vica. Legatus enim multo maioris eſt poteſtatis de iure q̃ vicarius,quia poteſt cõferre beneficia:c. j.de offi.leg.in.vj.& poteſt derogare iuri patronatus clerici.c.dilectus.de of.le.in anti.quæ nõ poteſt facere vicarius.c.fi.de of.vic.in.vj.Itẽ differẽtia inter Legatũ & vicariũ patet ex alio.Nã auditorium Legati non eſt idem cum auditorio Papæ:& ideo ab ipſo ad Papam appellatur. cap.nouit.de appellation. Vicarij vero vnum & idem eſt auditorium cũ auditorio epiſcopi:

& ideo de ipſo ad epiſcopũ nõ appellatur.c.ij.
de cõſue.in.vj.c.Romana.de appel.in.vj.& ex
hac vnitate auditorij ꝓcedit illud ſingulare in
iure,quòd iuriſdictio vicaria quantũcunq; ſit
ordinaria, tamẽ expirat morte epiſcopi. Et ad=
uerte diligẽter,quia ego puto nunquã fuiſſe ali=
quẽ doctorẽ alicuius nominis qui dixerit pote=
ſtatẽ Legati eſſe vicariã,quãuis quidã ſenatorij
ordinis, vir ſane iuris diſciplina cumulatiſſi=
mus, mihi dixerit ſe arbitrari poteſtatẽ Legati
eſſe vicariã,quod nunquã puto probatum iri.
¶Nec obſtat ſexto Rotã voluiſſe in deciſione
ccclxxj.in nouis,in ti.de offi.vica. ꝙ vicarius
epiſcopi cẽſeatur delegatus in facultate confe=
rendi beneficia ſibi ſpecialiter cõceſſa vltra offi
ciũ vicarij.ergo idẽ videtur in Legato, vt in fa=
cultatibus ſpecialibus ſit delegatus. ¶Nã reſpõ
deo primo quod ſicut a ſententia præfecti præ=
torio qui erat ſupremus magiſtratus,nõ ſumi=
tur argumentum neceſſariũ.l.nemo.C.de ſen.
& interlo.om.iudi.ita nec a ſententia Rotæ.
Tamẽ propter auctoritatem Rotæ reſpondeo
aliter,& ſecundo, quòd ibi non fuerat data fa=

cultas ſimul cum officio, ſed ſeparatim & ſine commemoratione vicarij in ſalutatione vel alibi. Si enim ſimul concederentur omnia, eſſet in omnibus ordinarius: & ita videtur velle tex. in. c. ſi. de offi. vica. in vj. dum dicit quòd vicarius generalis epiſcopi non poteſt conferre beneficia, niſi beneficiorum collatio ſit illi ſpecialiter commiſſa: & ſic videtur velle ꝙ quando committeretur ſpecialiter, tũc poſſet exercere illam facultatem tanquam vicarius, & ſic tanquam ordinarius. & quãuis ille tex. hoc nõ concludat in totum de neceſſitate, tamen hoc eſt ſatis probatũ in ſuperioribus, facultates cõceſſas ſimul cum principali officio, item conceſſas ſeparatim cum commemoratione principalis officij, eſſe eiuſdem qualitatis cuius eſt principale officiũ. ¶Et ſi mihi dixeris, quare vicarius nõ eſt ordinarius in facultate cõferendi beneficia, quando eſt ſeparatim commiſſa, etiam ſine commemoratione vicarij, cum ea facultas ſit quid vniuerſale, & habeat negotium cõmunicandum cum multis. ¶Reſpõdeo hoc non eſſe quia commiſſio negotij vniuerſalis nõ

ſit potens ad generationem ordinariæ poteſta-
tis,ſed prouenit ex defectu poteſtatis epiſcopi.
Ad quod intelligendum, ſciendum eſt ſolum
principem poſſe facere ordinariũ ſub ſe,& non
eſſe aliorum inferiorum,vt per multa declarat
Alex.in rub.ff.de offi.eius cui man. eſt iuriſdi.
niſi eorum qui iura principalia præſcripſerunt:
vt not.in §.nulla.in auth.de defen.ciuit.& illo-
rum quibus hoc eſt a principe conceſſum,inter
quos eſt epiſcopus,cui non ſimpliciter datum
eſt a papa,vt poſſit ſibi facere vicarium aut of-
ficialem ordinarium,ſed cum reſtrictione, ſci-
licet vt poſſit facere vicarium vel officialem or-
dinarium habẽtem idem auditoriũ cum ipſo-
met epiſcopo: & non fuit illi conceſſum quòd
poſſit facere vicarium vel officialem ordinariũ
habentem ſeparatim auditorium. quod patet
ex. c.ij.de cõſue.in vj.&. c.Romana.de appel.
in vj.& ideo ſi concedatur ei tanquam vicario
facultas, ſiue ſimul cum officio vicarij, ſiue ſe-
paratim cum commemoratione vicarij, tunc
erit ordinarius in illa facultate, quia competit
illi tanquam vicario , & ſic tanquam habenti

idem auditorium cum auditorio epiſcopi. Sed ſi committitur facultas illa ſeparatim ſine cõmemoratione vicarij, tunc facultas competit illi tanquam non vicario, & ſic tanquam non habenti idem auditorium cum epiſcopo, merito facultas illa quantumcunque ſit ſui natura ordinaria, quia ſcilicet eſt negotium vniuerſale, tamen hoc caſu non eſt ordinaria, propter defectum epiſcopi qui committit, qui non poteſt facere aliquem ordinarium eo caſu quo talis commiſſus nõ habet idem auditorium cum eo. Et ex hoc eodẽ defectu poteſtatis procedit quòd officialis foraneus, quanuis ſit illi commiſſum negotium vniuerſale, tamẽ eſt delegatus: vt notatur in cle. ij. de reſcrip. quia ſcilicet habet auditorium ſeparatum ab auditorio epiſcopi, & epiſcopus non poteſt facere ordinariũ habentem auditorium ſeparatum ab eo.

¶ Nec obſtat ſeptimo ꝙ facultates Legati ſunt quoddam priuilegium, & ita appellat quamcunq; ordinariam iuriſdictionem Abb. in c. relatum. de offi. deleg. ergo facile expirant. l. eius militis. §. ſi militia miſſus. ff. de mili. teſt. Res enĩ

facile reuertitur ad ſuam naturam.l. ſi vnus ex argẽtarijs.§. pactus ne peteret.ff.de pac. ¶Nam reſpondeo quoddã eſſe priuilegiũ quod tranſit in nomẽ ordinariæ poteſtatis, quia ſcilicet habet aliquid, quod illa perſona cui competit, cõmunicet cum multis. item eſt tale, quod non tollit iuris ſolennitates inuentas maximis vigilijs iuriſconſultorum, & de illo priuilegio certũ eſt quòd non expirat facile, imò illius propria natura eſt, vt magna cum difficultate expiret, quia cum illa qualitate non expirandi hæret ei perſonę cui cõmittitur.l. & quia principaliter. pręalleg. & c. ij.de offi.leg. in vj. niſi morte illius cui conceſſum eſt, & quibuſdam alijs pauciſſimis modis, de quibus in.l. iudicium ſoluitur. ff.de iudi. & iſtiuſmodi ſunt facultates Legati Franciæ. ordinariæ enim ſunt, vt ſupra dictum eſt. Quoddã eſt priuilegium quod non tranſit in nomen ordinariæ poteſtatis, quia ſcilicet is cui competit, non exercet illud ex auctoritate ſua cum multis, & tollit ſolennitates inuentas maximis vigilijs iuriſconſultorum, quæ maximi fiunt.l. ſiquando .in prin. C.de inoffi.teſta.

cuiuſmodi eſt priuilegium militis, vt poſſit teſtari ſine ſolẽnitatibus: & de illo priuilegio certum eſt quòd facile expirat, vt patet in. §. ſi militia miſſus. in illis enim priuilegijs quæ ſunt quid particulare reſpectu illius qui ea habet, quia ſcilicet non cõmunicet illa ſua auctoritate cũ diuerſis hominibus, ſeruatur regula præallegati. §. pactus ne peteret. quòd res de facili ad ſuã naturam reuertatur.

❡Nec obſtat octauo quòd facultates Legati Franciæ ſunt odioſæ. nam exercent materiam odioſam, ſcilicet diſpenſationum, ergo facile debẽt perire, argumẽto. c. odia. de reg. iu. in vj. ❡Nam reſpondeo primo quòd quanuis diſpẽſationes reſpectu illius cum quo diſpenſatur, ſint forſitan odioſæ, tamen ipſa facultas diſpẽſandi quia videtur nocere tantum ipſi concedenti, non eſt odioſa, imò latiſſime interpretatur, per notata in. l. beneficium. ff. de conſtit. prin. iunct. l. ij. §. & merito. ff. ne quid in lo. pub. ergo talis facultas non facile expirat. ❡Vel ſecundo reſpondeo quòd diſpenſationes nõ poſſunt dici odioſæ ſimpliciter. Nam quanuis for-

ſitan aliquo reſpectu poſſent dici odioſæ, tamẽ multis reſpectibus ſunt fauorabiles & neceſſariȩ vt dicit Abb.in c.at ſi clerici.§. de adulterijs.de iudi.ergo non poſſunt dici ſimpliciter odioſæ. tale enim ſecundum quid,nõ eſt proprie tale.l. hoc legatũ.ff.de leg.iij.Et ſic patet ꝙ argumentum fundatum ſuper odio facultatum,corruit. ¶Vel tertio reſpondeo, & multo tutius,ſciendum eſſe quòd ad cognitionem ordinariæ poteſtatis non inſpicitur fauor vel odium eius rei quæ cõmittitur,ſed inſpicitur tantũ volũtas illius qui dat eã poteſtatẽ, vt ſupra diximus:quæ voluntas colligitur ex cõmiſſione negotij vniuerſalis.& ideo quanuis facultates eſſent odioſæ (quod tamen nõ admitto)nõ propter hoc deberent facile perire,cũ ſint ordinaria poteſtas. Ecce tibi exemplum,principale officiũ Legati videtur quodammodo odioſum, quia detrahit iuri epiſcoporũ quod attinet ad collationes beneficiorũ.c.j.de offi.Leg.in vj. & quia derogat iuri patronatus clerici.c.dilectus.de offi.leg. in antiqu. & tamẽ non corruit facile. c.ij. de offi. leg. in vj. & hoc non alia ratione, niſi quia eſt

quid ordinarium, vt dicit ibi tex. ergo idem eſt in facultatibus, cum ſint ordinariæ, vt ſupra probauimus.

¶Nec obſtat nono, morte mandantis expirare mandatum. l. & quia principaliter. ff. de iuriſdict. om. iudi. l. inter cauſas. ff. mand. ¶Nam reſpondeo quòd non ſumus in mandato. nam mandatum eſt commiſſio vnius rei certæ, vel plurium rerum certarum, vt patet per totum titu. mand. & ideo in materia iuriſdictionum mandatum nihil aliud eſt quàm delegatio, vt in. l. j. §. qui mandatam. ff. mandati. l. fi. in prin. & in. §. mandata. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdi. quod ideo expirat morte mandantis, quia mandatarius nihil habet in ſua perſona radicatum, vt dicit præalleg. §. qui mandatam. & l. ſolet. ff. de iuriſdi. om. iudi. Nos ergo cum loquamur de cõmiſſione negotij vniuerſalis, non ſumus in mandato, ſed in poteſtate ordinaria, quæ eſt radicata in perſona illius cui cõmiſſum eſt negotiũ vniuerſale, & ideo nõ expirat morte committentis. Et ſi mihi dixeris, quamlibet facultatem ſeparatim conſideratam eſſe quan-

dam delegationem ad vniuerſitatem negotiorum. Reſpondeo tibi, falſum hoc eſſe. nã commiſſio negotij vniuerſalis ita demum importat delegationem ad vniuerſitatem, quando in cõmiſſione eſt expreſſum verbum delego. glo. in l. j. ff. quis & a quo. & dicunt Bal. & Iaſ. in l. a iudice. C. de iudi. quòd quando committitur alicui vniuerſitas cauſarum certi territorij cum verbo delego, ille eſt delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum: & ſic volunt quòd vniuerſitas negotij cum territorio faciunt ordinarium non adſiſtente verbo delego. ſed quælibet commiſſio cuiuſcunque facultatis Legati Franciæ habet negotium vniuerſale, & habet territorium regnum ſcilicet Franciæ: ergo in qualibet facultate eſt ordinarius, maxime cum ſint conceſſæ ſimul cum Legatione, item cum quælibet facultas habeat nomen Legationis repetitum. Igitur ad rem redeuntes, dicamus quòd niſi exprimatur verbum delego, non fit delegatio ad vniuerſitatẽ. Princeps enim videtur ſemper velle perfectius operari quàm poteſt, id eſt velle facere ordinariũ, vt ſupra probatum eſt.

Et aduerte, quòd cum delegato ad vniuerſitatem cauſarum, committatur vniuerſale negotium, ſicut & ordinario, vnus nō poteſt dignoſci ab altero, niſi quia in vno adeſt verbum delego, & in altero non. Sed in nulla ex facultatibus Legati Franciæ adeſt verbum delego: ergo nulla importat delegationem ad vniuerſitatem negotiorū. Et quāuis ex qualibet facultate eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarū (quod eſt plus quā falſiſſimum) tamen haberetur loco ordinarij. glo. in. c. cum cauſam. in verbo delegatus. de appel. Iaſ. in. l. a iudice. C. de iudi. Barba. qui ad hoc multa congerit in. c. cum aliquibus. de offi. ord.

¶Non obſtat decimo quòd ſi facultates non expirent morte ſummi pontificis, imo & ſi nō expiret totum officium Legati, viderētur quodāmodo manus Papæ ſucceſſoris ligatæ: quod eſſe nō debet. c. innotuit. de elect. ¶Nam reſpō deo prædicta omnia intelligenda hoc modo, ſcilicet quòd principale Legationis officium, item facultates omnes ſpeciales durabunt donec expreſſe reuocentur per ſucceſſorem. puto

enim ſucceſſorem poſſe reuocare Legatũ præ-deceſſoris, præalleg.c.innotuit.de elect.&.l.iu-dicium ſoluitur.cum ibi not.ff.de iudi.Niſi ad-ſint aliqua quę me lateant, vtputa quia legatio-nis conceſſio tranſiuiſſet in vim contractus. tũc enim forte nõ poſſet reuocari per ſucceſſo-rem.nam cum Legatus Papæ dicatur & ſit Le-gatus ſedis Apoſtolicæ, vt dicit Iohan. And.in. cap.ij.de offi.leg.in.vj.in glo.in verbo declara-mus.videretur ſedem Apoſtolicam eſſe obliga-tam, ſicut & alij principes obligãtur ex contra-ctu.c.j.de proba. Tamen in præſentia hoc non affirmo, eſt enim dubium altioris indaginis. Veruntamen quicquid ſit, niſi Legatus ex-preſſe reuocetur, omnia durant. Nec eſt de re-uocatione Legati cogitandum. Nam quanuis Clemens (quẽ deus op.max.nobis longęuũ cõ-ſeruet & incolumẽ eſt enim reipublicę Chriſtia-næ perquã neceſſarius) moreretur, videretur quodãmodo impoſſibile ſucceſſorẽ Clementis reuocare Legatũ Franciæ.factũ enim ſumme difficile, habetur pro impoſſibili.l.idẽ Iulianus. .§.fi.ff.de leg.j.Sed reuocatio Legati eſt factum

ſumme difficile, ergo videtur quòd habeatur pro impoſſibili.quòd autẽ reuocatio Legati ſit ſumme difficilis, ꝓbatur,quia nõ debet fieri temere ſecundũ Io.And.in.c.ij.de offi.lega.in.vj. quod intelligo generaliter etiã in papa.eſt enim & ille rationi ſubiectus,vt dicũt moder.in.l.j.ff. de pac.facit.l.digna vox.C.de legi.Temere autẽ videreť facta ſi fieret durãtibus adhuc omnibus cauſis ꝓpter quas creatus fuit Legatus,quę in literis creationis Antonij a Prato vrgẽtiſſimę deſcribuntur.illę enim cauſæ ſine dubio etiã tẽpore ſucceſſoris durabũt.Facit pręterea quia bona pars eius quod mouit Clemẽtẽ ad creãdũ legatũ Antoniũ a Prato,eſt ipſius Prati ſumma prudẽtia iamdudũ celebratiſſima fere per vniuerſum:q̃, vt natura docet,per mortẽ alteriꝰ minime corrũpi poteſt,imò in dies ꝑficiť.quãto enim magis ſeneſcit corpus,tãto magis animus vireſcit,ex ſentẽtia Platonis.durabũt igitur,imò ſane in dies augebũtur qualitates illę Antonij a Prato,quibus ad munus Legationis ei cõcedẽdum impulſus fuit Clemẽs. Nullo igitur pacto præſumẽda eſt a ſucceſſore reuocatio. ¶Nã &

ſimiliter vidimus Legatum de Ambaſia poſt mortem Alexandri Papæ qui eum creauerat, nó fuiſſe reuocatú a Pio & Iulio ſucceſſoribus, imò expreſſe confirmatum a Iulio, quia ſcilicet hæ rationes quæ Alexandrum mouerant ad creationé Georgij, cum morte Alex. nó eſſent extinctæ, naturali quadam virtute ipſum Iulium coegerunt, non ſolum ad non reuocãdum Georgium de Ambaſia, imò & ad eú omnino cófirmãdú, vt omnis tolleretur ſcrupulus. ¶Nec obſtat vltimo, illud quod quidam pridie mihi dixit, communem opinionem aduerſari opinioni meę, quantum attinet ad facultates. quæ communis opinio eſt in iudicijs attédenda, & allegabat ille textum in: l. j. ibi, & ſane crebrior apud veteres opinio eſt Tullú Hoſtilium. ff. de offi. quæſto. ¶Nam reſpódeo quòd quãuis in his quę in facto conſiſtunt, quia ſcilicet reſpiciunt facti recentis vel hiſtoriæ & facti antiqui probationem, extantibus diuerſis opinionibus, plurium opinioni ſit ſtandum, vt patet in præalleg. l. j. ff. de offi. quæſto. & patet in teſtibus. Tamen in his quæ in iure conſiſtunt,

& quæ ex vi rationis iudicari debent, multorũ opinio non eſt attendenda, vt dicit Abb. in cõſilio. j. & tex. eſt in. l. j. §. ſed neq; ex multitudine. C. de vet. iu. enucle. vbi dicitur, ſed neq; ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt iudicatote, cum poſſit vnius forſan & deterioris ſentẽtia & multos & maiores in aliqua parte ſuperare. Ea igitur ſententia tenenda eſt quæ meliori & ſubtiliori nititur ratione, vt dicit Romanus ponti. in c. capellanus. de fer. & ſic de cõmuni opinione non eſt curandum. ¶ Vel ſecundo reſpondeo quòd ſicut maior pars creditorum nõ inſpicitur pro numero perſonarum, ſed pro numero potiorum creditorum. l. maiorem eſſe partem. ff. de pact. ſic maior pars doctorum quo ad communem opinionem inſpiciendam, debet intelligi illa quæ habet potiores doctores, vt habet pars noſtra, cum habeat Bart. & Io. And. principales fontes iuris, a quibus omnes alij doctores tanquã riuuli deſcendunt. ¶ Vel tertio reſpondeo quòd ſi diligenter conſideremus, non inueniemus communẽ

tates conceduntur ſimul cum Legatione, neq;
etiam eo caſu quo facultates cõceduntur Le-
gati nomine repetito. reperiemus enim. Pet. de
Anch. item Gemi. & quaſi omnes qui ſuper tex-
to decretalium ſcripſerunt, ſimpliciter retuliſſe
in cap. licet. de offi. vica. in. vj. & in cap. hi qui.
de præb. in. vj. opinionem Lapi & Iohan. And.
ſine approbatione vel reprobatione, & ſine fun
damento aliquo præter fundamenta Ioh. An.
qui eſt partium noſtrarum, vt ſupra dixi. Item
reperiemus ſi bene inſpiciamus, etiam eo caſu
quo facultates eſſent ſeparatim omnino con-
ceſſę ſine commemoratione Legati, non eſſe
communem opinionem in contrarium. Nam
ſi bene quæ ſuperius dicta ſunt ponderemus,
certum eſt communem opinionem procedere
quando ex facultate ſpeciali committeretur
ſolummodo negotium particulare. i. nõ com-
municandum cũ multis. Et ita intellexiſſe do-
ctores ſatis apparet ex exemplis quæ afferunt,
quæ omnia (vt ſupra diximus) continẽt nego-
tium non communicandũ cũ multis, ſed in to
tum particulare, vtputa quòd ipſe Legatus ce-

lebrare poſſit in loco interdicto, vel celebrari ſibi facere: itē quòd famuli ipſius Legati in abſentia percipiant fructus beneficiorū ſuorū. Et quòd doctores ita ſenſerint, patet ex alio. Nam dictū doctoris debet intelligi ſecundū legē quā allegat, vt declarat Bart. in. l. nō ſolū. §. ſi liberationis verba. ff. de liber. lega. & in. l. cū quidā. ff. de his quib. vt indig. ſed ipſi allegant ca. hi qui, de præben. in. vj. & ſuper illo faciunt ſuum fundamentum: quod. c. non loquitur niſi de commiſſione rei particularis, vt ſupra diximus. ergo ſatis patet doctores voluiſſe ex textu quem allegant, eorū opinionē procedere in facultatibus illis tantum, quæ continent negotiū particulare. ſed facultates Legati Franciæ nō ſunt huiuſmodi, imò ſanè quælibet facultas per ſe cōſiderata, continet negotiū communicandū cū multis: ergo cōmunis opinio nō aduerſatur facultatibus Legati Frācię, cū particulares nō ſint.

¶ Ex prędictis omnibus ſatis puto planū factū, nō eſſe amplius dubitandū quin mortuo Romano pōtifice adhuc omnino duret poteſtas

conceſſas vltra principale Legationis officiū. Nam aut cōſideras facultates Legati tanquam quid penitus ſeparatū ab officio Legationis, & hoc caſu ſatis probatū eſt illas eſſe ordinarias, cum habeant & territoriū & negotium cōmunicandū cū multis. Aut conſideras illas tanquā quid attributū in vim ipſius Legationis, & hoc poteſt eſſe dupliciter. primo, quia ſimul concedātur in eiſdē literis cū Legatione: & certe tūc ſunt ordinarię: vt ſupra luce clarius probatū eſt. Secundo poteſt eſſe, quia concedantur ſeparatim, cū commemoratione tamē Legati in ſalutatione vel in ꝓgreſſu: & certe etiā eo caſu ſunt ordinariæ, vt ſuperius etiam probauimus: ergo quocunq; te vertas, ſemper inuenies facultates Legati Franciæ ordinarias, & ſic morte ſummi pontificis non expirare. l. & quia principaliter. ff. de iuriſdict. om. iudi. cap. ij. de offi. leg. in. vj.

¶ Et ſic habes tandē hūc articulum vtrinq; diſputatum, quem ſupra ego dixi nunquā fuiſſe diſcuſſum: quia qui antehac ſcripſerunt, vix ſummis labijs hunc articulū attigerunt. Et ideo ego qui exiſtimo parum & nihil eſſe paria,

vt arbitratur etiam iuriſcon. in. l.res bona fide. ff.de contrah. emp.& in.l. ſcio.ff.de reſtit. in integ. dixi nunquam fuiſſe diſcuſſum.

¶Vltimo, vt nihil ex ſubſtantialibus omittatur, ſuadetur hanc interpretationē fieri debere,quia hæc interpretatio eſt maxime vtilis regno.ex hac enim interpretatione, pecunię quę a Gallis ad diſpenſationes habēdas Romā mitterentur,retinebuntur intra regnum Frāciæ,ad quod maxime debet laborare bonus princeps & omnes alij qui commiſſi a principe regnum adminiſtrant:vt præcipit Iſocrates in oratione de regno. Hāc ergo interpretationem debent facere omnes ſenatus Franciæ, arg.cap.odia.de reg.iu.in.vj.cū careat vitio, & poſſit deprehēdi ex verbis facultatum conceſſarum, ſine aliqua violentia literæ.l.in ambiguo.ff.de legi.maxime cum iuuetur tantorum virorum auctoritate, iuris ſcilicet vtriuſq; colūnis Bart.& Io.An. &(quod pluris fieri debet) rationibus ad quas ni fallor,ſine euidenti cauillatione reſponderi non poteſt.¶Si diligenter aduertas,iſtud fun-

fieri debere etiam quãdo res eſſet dubia: quanto magis ergo facienda eſt hæc interpretatio in noſtro caſu, in quo tot adducuntur fortiſſimæ rationes?

¶ Potuerant iſta lectioribus a me verbis, & meliore modo ſcribi, ſi voluiſſem. Sed cũ omnibus ſcriberé, & ab omnibus intelligi vellem: eorum quoque habendam eſſe mihi rationem duxi, qui in hoc tantum genere dictionis exercitati eſſent, vt ijs legendis, & quodammodo ſuum agnoſcerent, & fucum ſibi fieri, cauſari ne poſſent: præſertim cum de iure diſputemus, vbi res magis penduntur, quàm quibus quicq; verbis enuncietur.

F I N I S.

Quia ex c. ij. de offi. lega. in vj. probatur principalem poteſtatem Legati non expirare morte ſummi pontificis, ideo in pagina ſequenti, cum quibuſdam notandis illud imprimendum curaui.

¶Clemẽs quartus. S. ti. ſanctæ Ceciliæ præſbytero cardinali apo. ſe. Legato. ¶Legatus habet ordinariam : vnde per mortem Papæ nõ expirat eius officium. hoc dicit Ioan. And.

Capitulum II.

LEgatos, quibus in certis prouincijs committitur Legationis officium, vt ibidem euellant & diſſipent: ædificent atque plantent, prouinciarum ſibi cõmiſſarum, ad inſtar proconſulum cæterorumq; præſidum quibus certæ ſunt decretæ prouinciç moderandæ, ordinarios reputantes, præſenti declaramus edicto cõmiſſum tibi a prędec. noſtro Legationis officiũ nequaquam per ipſius obitum expiraſſe.

Philip. Franc. Nota ꝙ Legati Papæ cuiuſcunq; generis (ex quo textus hic indiſtincte loquitur) habent ordinariam iuriſdictionem.

Petr. de Ancha. Nota quòd iuriſdictio Legati

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE